

sentes. Et insuper, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus praedictorum auctoritate confisi, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui annuae ostensioni hujusmodi devote interfuerint, septem annos et totidem quadragenas, illis vero, qui in Nativitatis domini nostri Jesu Christi et Parasceves ac exaltationis sanctae Crucis et Nativitatis beati Joannis Baptistae ac beatorum Petri et Pauli apostolorum et s. Joannis Evangelistae ac sanctorum Annae et Mauritii praedictorum, necnon ostensionis reliquiarum huiusmodi et dedicationis ecclesiae seu capellae, in qua reliquias ipsas conservari continget, festivitatibus ecclesiam seu capellam huiusmodi devote visitaverint, singulis videlicet diebus festivitatum praedictarum tres annos et totidem quadragenas de injunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. „

P. KONRAD EUBEL, *Ord. Min. Conv.*

Die Einweihung des Obelischen auf dem Petersplatz in Rom.

Weltbekannt ist der heute die Mitte des Petersplatzes zierende Obelisk, ein Monolith, welcher für sich allein eine Höhe von 21 Meter, mit seinem Unterbau aber eine Höhe von $25 \frac{1}{2}$ Meter erreicht und ein Gewicht von über 300000 Kilogramm hat. Auch ist in den italienischen und römischen Reisehandbüchern ausführlich erzählt, dass der Koloss unter Nero aus Heliopolis in Aegypten nach Rom gebracht und hier im Circus des Nero — dort, wo heute sich die Sakristei von S. Peter befindet — aufgestellt worden ist, dass er dort während des ganzen Mittelalters, von Sagen umwoben, verblieben ist, bis ihn Sixtus V durch den Baumeister Domenico Fontana im J. 1586 von dort an seinen jetzigen Platz schaffen und hier (am 10. Sept.) emporrichten liess. Über die dann nach wenigen Tagen erfolgte Ein-

weihung des Obelisken finde ich den nachstehenden recht interessanten Bericht, der dadurch noch schätzenswerter wird, dass er den hochverdienten damaligen Rektor des Collegium Germanicum, P. Michael Loredano S. J., zum Verfasser hat. Abschriftlich überliefert ist der in Briefform an einen Unbekannten gerichtete Bericht im zweiten Bande der vom damaligen Kurtrierischen Kanzler Joh. Wimphe-
ling angelegten Aktensammlung, die sich zur Zeit in der Koblenzer Gymnasialbibliothek befindet. (Handschr. Nr. 107 Bd. II Stücknr. 20).

H. V. SAUERLAND.

Reverende in Christo Pater!

Pax Christi.

De rebus urbanis nihil erat, quod scriberem, nisi forte de obelisco. Vigesima enim sexta die septembbris episcopus Amerinus et canonici sancti Petri obeliscum ante fores ecclesiae Vaticanae translatum sanctissimae cruci dedicarunt. Peracto enim solemni ad crucis aram sacro episcopus et canonici (quos Helvetia cohors cingebat) supplicantium more bini ex ecclesia b. Petri magna populi frequentia progressi sunt Deoque laudes inter eundum concinenter pervenerunt ad obeliscum, quem equitatus honoris causa et coercendi populi cura circumdederat. Episcopus itaque, clerus et cantores ad altare, quod obelisco inhaerens ornaverant, psalmis et precibus Dei numen implorantes novam ibi crucem consecrarunt et ipsum obeliscum more maiorum exorcismis expiarunt, ut scilicet, qui sive Augusto Caesari sive Apollini aliquando sacer fuisset, iam exterminatis furiis et daemonum potestate sublata vero Deo sacer esset eiusque salutiferum inferisque tremendum vexillum suo vertice sustineret. Crucem deinde artifices iuvante diacono funibus alligatum (erat enim maxima) in summum obeliscum extulerunt.

Eo diaconos cum aliis sacerdotibus ascendit multisqae iuvantibus crucem statuit ac defixit propereque ad episcopum descendit, ac thure sacrisque odoribus accensis, omnes pro cubuerunt novisque laudibus et cantu crucem omnes religiose venerati sunt; quibus pia riteque peractis eodem ad ecclesiam ordine regressi, Te deum laudamus in via decantarunt. Interim bellica tormenta ab arce et ab Helvetiorum praesidio incensa non iniucundo fragore motuque totam urbem exhilararunt. Postremo templum ingressi, ad venerabile sacramentum aliis precibus persolutis et episcopali benedictione peracta, dedicationi finem imposuerunt; de qua multa iam carmina panguntur; certatim enim urbani poetae describunt obeliscum et immortalitati commendant. Atque ex iis ita gestis sapientes et insipientes animadverterunt in hac mole transferenda pontificis mentem optimam fuisse nihilque privatum et proprium, sed publicum et commune illum spectavisse. Constat enim rem insipienti, ita collocatum obeliscum ecclesiae b. Petri et urbi universae magno ornamento futurum neque iam Romae quicquam esse, quod exteras gentes Romanae antiquitatis cupidas magis oblectare possit.

..... Romae 11. Octobris A. 1586.

I. R. Inutilis in Christo filius et servus
Michael Lauretanus.